


871


A4p.Yf

FRIEDLANDER

FABULA APULEJANA ET
CUPIDINE







Digitized by the Internet Archive
in 2012 with funding from
University of Illinois Urbana-Champaign

Conditi Prussiarum regni memoriam anniversariam

die XVIII Januarii MDCCCLX


in

auditorio maximo

celebrandam

indicunt

Prorector et Senatus Academiae Albertinae.



*Inest Lud. Friedländeri dissertatio, qua fabula Apulejana de Psyche et Cupidine cum fabulis
cognatis comparatur. Particula prior.*

Regimonti.

Typis Academicis Dalkowskianis.

Argumentum fabulae Apulejanae de Cupidine et Psyche, cujus nitidissimam editionem nuper publicavit Otto Jahnius, quum ab Apuleji editoribus tum ab aliis viris doctis inde a Planciade Fulgentio plurifariam ac verbose enarratum est, ut tamen paucissimi ejus naturam recte perspexerint. Cum enim haec narratio e duabus partibus prorsus diversis ab Apulejo contaminata sit, quarum altera allegorica est, altera mere fabularis: viri docti plerique omnes illam solam respicientes, totam alteram aut omnino neglexerunt aut hanc quoque ad allegoriam pertinere sibi persuaserunt. Quod longe secus est. Nec vero eos qui in comparandis fabulis undique terrarum collectis operam ponerent latere potuit, fabulam Apulejanam multa cum aliarum gentium fabulis communia habere. Qua de re eo rectius judicabimus quo plures similes ad comparationem adhibuerimus. Haec res igitur cura eorum non indigna est qui in illis litteris habitant, quique cognationes et connexus fabularum scrutati sunt quae apud varias gentes celebrantur, velut Theodorus Benfeyius. Ante omnes alios autem fratres illustrissimi Grimmii appellandi fuissent, qui haec studia apud nostrates excitarunt. Sed dum hoc scribo, nuntius tristissimus affertur Guilielmuum vi maturiore raptum esse, omnisque Germania dolet illud par unicum, quod per tot annos amans ac venerabunda intueri solebat, fato acerbissimo direptum esse. Quod si equidem qui harum rerum me satis rudem esse ingenue fateor. quaerere institui quae fabulae Apulejanae forma antiquissima fuerit: hoc ideo feci ut doctiores et intelligentiores ad rem diligentius expendendam et persequendam adlicerem. Quos si hac mea opella commovero, ut nos doceant quid rei sit. operae pretium fecisse videbor.

Ut autem ab allegoria ordiari, quam huic fabulae subjectam esse nemo negat: de ea luculentissime ut solet disseruit Otto Jahnius. (Berichte der Sächs. Ges. der Wiss. 1851. p. 156 sqq.) ejusque argumentum originem propagationem ita persecutus est ut rem fere exhaustit. Postquam igitur Platonis sectatores nescio qui animae humanae personam virginis imposuerunt et hanc cupidine Amoris coelestis flagrantem vicissimque ab Amore amatam fecerunt: poetae (quorum testimonia non possumus repetere nisi inde a Meleagro Ol. 170—180) et artifices (fortasse inde a Scopae Praxitelique temporibus) horum amantium lusus rixas reconciliaiones varie effinxerunt, quum Psychen a Cupidine, tum hunc ab illa uri vinciri verberari deinde utrumque in gratiam alterius redire facientes: ut tamen in his argumentis tractandis suum arbitrium sequerentur, non veteres quasdam fabulas. Etenim his poematis artiumque opusculis nullum alium argumentum subjectum est nisi amoris aerumnae et gaudia: quae ut hac ratione significarentur non a vulgo excogitatum esse apparet sed ab hominibus eruditis. Qua in re omnino assentior Jahnio l. l. p. 157: der Mythos von Eros und Psyche (mythi vocabulo improprie usus est, nam haec mera allegoria est), welcher nicht aus der unbewusst schaffenden sagenbildenden Kraft des Volkes hervorgegangen ist, sondern einer wenn auch poetischen Reflexion seinen Ursprung verdankt, verleugnet wie die Mythen (i. e. allegoriae) des Platon den Charakter der Zeit nicht, in welcher er entstanden ist, und wenn auch echt hellenische Natur in ihm sich offenbart, ist er doch nie in aehnlicher Weise Eigenthum des Volkes geworden, wie die echten uralten Mythen, sondern hatte im Kreise des gebildeten Publikums seine Geltung, so dass Dichter und Kuenstler frei damit schalten und spielen konnten. Mythum proprie dictum de Cupidine et Psyche nullo tempore ullum fuisse, neque poetarum testimoniis neque artium monumentis evinci potest.

Ex hac allegoria Apulejus praeter nomina nihil fere sumsit, nisi quod duos amantes postquam multa mala perpassi sunt, beatissimis nuptiis conjunctionem sempiternam inire fecit. Verum est Cupidinem a Psyche vulnerari sed ab invita; et quod Psyche multis aerumnis premitur, id Cupidine non modo nolente fit sed etiam inscio. Praeterea autem nonnullae personae huic narrationi insertae sunt, quibus quid faciamus nescimus, si tota fabula allegorice interpretanda est, velut Psychae parentes et sorores. Fac pro nominibus Cupidinis Psychae Veneris ceterorum deorum alia substitui: nemini opinor in mentem veniet, hac fabula animae

humanae angores et beatitudinem significari. Quamquam allego-
 riarum captatores ne his quidem difficultatibus territi sunt. Etiam novissimus Apuleji editor qui post
 multos alios symbolicae interpretationis viam ingressus est, cum mysteriorum
 cultu ac religione hanc fabulam arcissime conjunctam esse persua-
 sissimum habet (Apulej. Opp. ed. Hildebrand. Tom. I. Prolegg. p. XXXVII).
 Hujus sententiae primum argumentum profertur ternarii numeri continua repetitio,
 quem cum ubivis sanctum tum mysteriorum et religionum proprium
 fuisse constet. Ter enim Psychen invisunt sonores, ter deorum opem
 frustra implorat, ter Veneri reddita castigatur, tres in terris labo-
 res exsequitur, tribus apud inferos illecebris feliciter resistit. Quod si
 concedendum esset, tres quartae omnium fabellarum quibus ubique terrarum nutri-
 ces alumnos suos delectant, ad mysteria pertinerent. Mitto cetera argumenta qui-
 bus Hildebrandius sententiam suam probare conatur, cum mihi non melioris notae
 esse videantur; interpretationis symbolicae unum speciem promam, de quo lecto-
 res ipsi judicent (p. XXXII): Sorores quae Psychae fuisse dicuntur, cupiditates sunt
 turpes et inhonestae corporisque voluptates quae externa sua tamquam specie gratae
 ac formosae et dulcedine sua allicientes describuntur, quaeque cum animae arcis-
 sime conjunctae sint et eandem cum ea sedem habere videantur*), ejus sorores
 apte (?) appellantur. Eae propter formae praestantiam a multis petitae beatas
 nuptias jam inierant cum viris tamen sua lascivitate et turpitudine dignis (?)**).

Jam igitur ad eam partem fabulae Apulejanae oratio nostra delapsa est,
 quam hoc loco tractandam nobis proposuimus. Ea multis fortasse videbitur ab
 Apulejo excogitata esse: sed qui id genus fabularum probe norunt, quas nos
 Maerchen***) vocamus, non dubitabunt quin haec omnia ex ingenti illo the-

*) Cf. Met. IV, pag. 300: hi tres numero filias forma conspicuas habuere sed majores
 quidem natu quamvis gratissima specie cett.

***) Met. IV, p. 310: olim duae sorores quarum temperatam formositatem nulli diffama-
 runt populi, procis regibus desponsae jam beatas nuptias adeptae.

***) Romani tria illa genera, quae nos vocabulis Fabel, Maerchen, Sage distingui-
 mus, uno fabulae nomine complectuntur. Cic. de invent. I, 19: fabula est in qua nec
 verae nec verisimiles res continentur, cujusmodi est

Angues ingentes alites, juncti jugo.

sauro hausta sint, qui omnibus gentibus quodammodo communis abhinc tot saecula aequae patuit ac nostra aetate, divitiisque non minus splendidis refertus fuit quum hodie est. Hoc evincitur similitudine in oculos incurrente, quae inter fabulam Apulejanam et fabulas aliarum gentium, maxime nostrates intercedit; nam hoc totum genus quasi cognationis quodam vinculo continetur. Qua de re afferam quae dixerunt fratres Grimmii in ea dissertatione (ueber das Wesen der Maerchen) quae fabulis ab eis collectis praemissa est (Kinder- und Hausmaerchen, zweite Auflage. Berlin 1819, p. XXVI sq.); nec vero a me impetro ut splendorem illum vere aureorum verborum latina versione quasi obscurem et adulterem. So koennte man von dem Wesen der Maerchen reden, wenn man sie blos als etwas in der Gegenwart einmal Vorhandenes betrachten wollte. Fragt man aber nach ihrer Herkunft, so weiss niemand von einem Dichter und Erfinder derselben; sie erscheinen aller Orten als Ueberlieferungen und sind als solche in mehr als einer Hinsicht merkwuerdig. Erstlich ist es unwidersprechlich, dass sie schon seit Jahrhunderten auf diese Weise unter uns fortgelebt, zwar mannigfach im aeußern sich umwandelnd, aber doch bei ihrem eigentlichen Inhalte beharrend. Wollte man annehmen, dass sie von irgend einem Punkt in Deutschland anfaenglich ausgegangen waeren, so steht ihre Verbreitung durch so viele ganz von einander getrennte Gegenden und Landschaften, und die fast jedesmal eigenthuemliche und unabhaengige Bildung entgegen; sie muessten an jedem Orte wieder neu gedichtet worden sein. Eben darum ist auch eine Mittheilung durch Schrift, die ohnelin bei dem Volk kaum vorkommt, nicht denkbar. Aber nicht bloss in den verschiedensten Gegenden, wo deutsch gesprochen wird, sondern auch bei den stammverwandten Nordlaendern und Englaendern finden wir sie wieder; noch weiter, bei den waelschen und selbst bei den slavischen Voelkern, in verschiedenen, naehern und entfernteren Graden der Verwandtschaft. Besonders auffallend ist die Uebereinstimmung mit den serbischen Maerchen, denn es wird wol niemand darauf verfallen, dass die Erzaehlungen in einem einsamen hessischen Dorfe durch Serbien dahin koennten verpflanzt sein oder das Gegentheil. Endlich finden sich sowohl in einzelnen Zuegen und Wendungen als im Zusammenhang des Ganzen Uebereinstimmungen mit morgenlaendischen, persischen und indischen Maerchen. Die Verwandtschaft also, welche in der Sprache aller dieser Voelker durchbricht und welche noch neuerdings Rask scharfsinnig bewiesen hat, offenbart sich gerade so in ihrer ueberlieferten Poesie,

welche ja auch nur eine höhere und freiere Sprache des Menschen ist. Nicht anders als dort deutet dieses Verhaeltniss auf eine den Trennungen der Voelker vorangegangene gemeinsame Zeit; sucht man aber nach diesem Ursprunge hin, so weicht er immer wieder in die Ferne zurueck und bleibt wie etwas Unerforschliches und darum Geheimnissreiches in der Dunkelheit zurueck.“ Quod si demonstrari poterit fabulam Apulejanam non modo ab eodem initio ad eundem finem decurrere ac magnam partem fabularum nostratium, sed etiam non paucas res ei insertas esse quae illic iterum iterumque redeant: effecerimus opinor, eam fabulam non ab Apulejo excogitatam esse sed non minus ex ore vulgi acceptam quam eae quae a fratribus Grimmii publicatae sunt. Quas si editores Apuleji inspexissent, mysteria opinor valere jussissent. Ceterum tales fabulae etiam a fabulatoribus narratae esse videntur, quos Augusto somno carenti assedissee tradit Sueton. c. 78. Hos in compitis et circulis arte sua quaestum fecisse credo, si quidem huc referendum est quod dicit Plinius epp. II, 20, 1: assem para et accipe auream fabulam.

Ac primum quis est quaeso cui hoc exordium ignotum sit: Erant in quadam civitate rex et regina? Nec minus saepe ea occurrunt quae deinceps sequuntur: hi tres numero filias forma conspicuas habuere, sed majores quidem natu, quamvis gratissima specie, idonee tamen celebrari posse laudibus humanis credebantur; at vero puellae iunioris tam praecipua, tam praeclara pulchritudo nec exprimi ac ne sufficienter quidem laudari sermonis humani penuria poterat. Sed non id modo in his fabulis frequentissimum est quod ex tribus sororibus minima natu pulchritudine praecellit (velut ex tribus fratribus minimus fortissimus est vel sagacissimus); verum etiam hoc multis exemplis celebratum quod majores natu illi fortunae filio invident, insidiasque parant, ut tamen ei frustra nocere conantes ipsi turpiter perire soleant: quae omnia Psychae sororibus evenire notum est. Exempla afferre in re pervulgata supersedeo; satis erit unam illam decantatam fabulam nominasse, quae Aschenputtel inscripta est (Kinder- und Hausmaerchen 21). Reliquum fabulae Apulejanae decursum Grimmiorum verbis significabo, qui totum genus describunt l. l. p. XLV: In seiner Idee immer dasselbe wird ein Maerchen vier bis fuefnmal jedesmal unter andern Verhaeltnissen und Umstaenden erzaehlt, so dass es aeusserlich als ein anderes kann betrachtet werden. Die gute und unschuldige, gewoehnlich die juengste Tochter wird von dem Vater in der Noth

einem Ungeheuer zugesagt oder sie giebt sich selbst in seine Gewalt*). Geduldig traegt sie ihr Schicksal, manchmal wird sie gestoert von menschlichen Schwachheiten und muss diese schwer abnuessen, doch endlich empfindet sie Liebe zu ihm, und in dem Augenblick wirft es auch die haessliche Gestalt eines Igels, eines Loewen, eines Frosches ab und erscheint in gereinigter jugendlicher Schoenheit. Diese Sage, welche auch bei den Indiern heimisch ist und mit der roemischen von Amor und Psyche, der altfranzoesischen von Partenopex und Meliure sichtbar zusammenhaengt, deutet die Bannung in das Irdische und die Erloesung durch Liebe an. Stufenweis arbeitet sich das Reine hervor, wird die Entwicklung gestoert, so stuerzt Elend und Schwere der Welt herein und nur vor der Beruehrung der Seelen, vor der Erkenntniss in Liebe faellt das Irdische ab.

Postquam naturam argumenti universam in fabula Apulejana eandem esse vidimus atque in fabulis aliarum gentium, singula enarrabo quae his cum illa communia sunt. Ut regis filia apud Apulejum monstro ignoto traditur, ita in ea fabula quae est apud Grimmos sexagesima (die zwei Brueder) draconti (similes afferuntur Ed. III. 1856. Vol. III, p. 105), in octagesima octava (das singende springende Loeweneckerchen) pater trium filiarum a leone cogitur ut natu minimam sibi despondeat. De fabulis ejusdem argumenti quae Apulejanae imprimis similes sunt cf. vol. III, p. 152 sqq. Ut in illa domo regia aedificata non humanis manibus sed divinis artibus famularum quae Psychae ministrant voces tantum audinuntur, ipsae non cernuntur, et ilico vini nectarei eduliumque variorum fercula copiosa nullo serviente, sed tantum spiritu quodam impulsa subministrantur: idem miraculum ea fabula continet quae est apud Grimmos nonagesima (vol. II, p. 27): Als er ein Weilchen da gesessen hatte, that sich auf einmal die Thuer auf und kam eine grosse grosse Tafel herein und auf die Tafel stellte sich Wein und Braten und viel gutes Essen, alles von selber, denn es war niemand da, ders aufrug. Und danach rueckten sich Stuehle herbei etc. Deinde huic generi id proprium est, quod ea puella cujus primae partes sunt curiositate maxima sibi pericula facessit: quod Psychae quidem bis accidit et quum mariti faciem adspicit

*) Apud Apulejum Psyche jussu oraculi genero traditur qui non mortali stirpe creatus est, Sed saevus atque ferus vipereumque malum.

et quum pyxidem a Proserpina petitam aperit. Fabulam illam cujus supra mentionem feci (Grimm. 21) in Hessiae quadam regione hoc modo narrari referunt editores (Ed. III. 1856, vol. III. p. 35): Nachdem Aschenputtel ein Jahr lang vergnuegt mit dem Koenig gelebt, verreist er und laesst ihr alle Schluessel zurueck, mit dem Befehl eine gewisse Kammer nicht zu oeffnen. Als er aber fort ist, wird sie von der falschen Schwester verleitet die verbotene Kammer aufzuschliessen, worin sie einen Blutbrunnen finden. In diesen wird sie hernach, als sie bei der Geburt eines Soehnehmens krank liegt, von der boesen Schwester geworfen, die sich an ihrer Stelle in das Bett legt; aber die Wachen hoeren das Jamnergeschrei, retten die rechte Königin und die falsche wird bestraft. Illud vetitum, ne una certa porta aperiatur, multis fabulis subjectum est velut Grimm. 3 (Marienkind) et 46 (Fitchers Vogel) cf. Vol. III, p. 8 sq. Nihil denique magis solitum est quam quod id quod ardentissime optatur et summo opere expetitur ea sola conditione impetrari potest, ut tres labores peragantur. Horum difficultas quamvis tanta sit, ut salus desperanda videatur, nunquam non ratione aliqua inexpectata perficiuntur. Imprimis autem hoc modo id impetratur, ut is qui incantamentis maleficis in bestiam vel monstrum transformatus est, speciem humanam rursus induere possit et ut defixiones devotionesque magicae irritae fiant. Quid quod primus e laboribus Psychae impositis idem est qui etiam virgini in fabula supra memorata (Grimm. 21) a noverca injungitur? Nam illa cogitur ex magna seminum acervatim confusorum congerie singula genera discernere, haec lentes e favilla eligere, huic columbae illi formicae auxilio veniunt, ut opus imperatum debito tempore absolvatur. Nec minus prope ad similitudinem fabulae Apulejanae id accedit quod in alia fabula Grimmiana narratur (17 die weisse Schlange), ubi omnes qui nuptias filiae regis petunt tres labores suscipere debent, quos si perficere nequeunt, morte multantur. Horum alter is est, ut grana milii ex decem saccis in gramina horti effusa ab occasu solis usque ad orientem ad unum omnia colligantur: quod multa milia formicarum faciunt. In alia fabula (62 die Bienenkoenigin) margaritae granorum loco sunt (cf. tamen vol. III, p. 110). Ceterum non bestiae tantum in his fabulis multisque aliis (v. c. Grimm. 107) infelicibus auxiliantur, sed etiam res vita carentes, velut arundo Psychae insurrat, quomodo floccum de vellere ovium aurearum nancisci possit, et turris alta, e cujus culmine se praecipitare vult, viam ad inferos indicat. Grimm. vol. I, ed. II, p. XXX: der Sonne, dem Mond, den Sternen wohnt

vor allem eine geistige Natur bei, und wenn sie zu den Bedraengten reden, ihnen Geschenke geben, die sie erretten, so erscheinen sie als angebetete-göttliche Wesen (quorum opibus aperte jvantur Caesar. B. G. 10), wie sie es in den alten Zeiten den Deutschen wirklich waren. Auch die Baeume und Quellen, deren Verehrung sich lange fort erhielt, sind hier beseelt. — Die Quelle, die glaenzend ueber die Steine springt, ruft den Kindern zu, nicht aus ihr zu trinken, weil sie sonst verwandelt wuerden. Huic admonitioni similes sunt illae vocales aquae, quae Psychae appropinquare volenti acclamant, ‚discede‘ et ‚quid facis? vide‘ et ‚quid agis? cave‘ et ‚fuge‘ et ‚peribis‘. Quod autem apud Apulejum non tres sed quatuor labores Psychae injunguntur, id eo explicandum esse censeo, quod Apulejus varias formas unius fabulae contaminaverit; quum enim in altera fortasse aquam e fonte Stygio hauriendam, in altera pyxidem ab inferorum regina petendam inveniret, utrumque juxta posuit. Ceterum hunc descensum Psychae ad inferos nonnullis additamentis fortasse exornavit quae a poetis et artificibus mutuatus est, ut tamen characterem fabularem nequaquam obliteraret. Nam omnes illae insidiae quae Psychae in regno Ditis struuntur ut unam duarum offularum de manibus omitat, quas ad Cerberum bis placandum accepit, fabulas populares redolent; velut quum claudus agaso rogat ut fusticulos de tergo asini lignorum geruli decidentis sibi porrigat vel senex mortuus Acheronti innatans manus attollens orat ut se intra Charontis navigium trahat vel anus textrices ut manus paulisper sibi accommodet. Id autem quod Psychae ex Orco petendum est (quod in altera hujus fabulae forma aquam Stygiam, in altera unguentum formositatis — sive juventutis aeternae — fuisse censeo) comparandum est cum aqua vivifica vel pomis vivificis quae in nostratium fabulis occurrunt. (Grimm. vol. I, ed. II, pag. XXXVII, cf. 88 et 97 das Wasser des Lebens*). Ceterum nostratium fabulis quum adscensus ad superos

*) Consilium quod nanus in hac fabula regis filio aquam illam petenti dat, id proxime ad similitudinem fabulae Apulejanae accedit (vol. II, ed. III, p. 63): Es quillt aus einem Brunnen in dem Hofe eines verwuenschten Schlosses, aber du dringst nicht herein, wenn ich dir nicht eine eiserne Ruthe gebe und zwei Laiberchen Brot. Mit der Ruthe schlag dreimal an das eiserne Thor des Schlosses, so wird es aufspringen: inwendig liegen zwei Loewen, die den Rachen aufsperrn, wenn du aber jedem ein Brot hineinwirfst, so werden sie still und dann eile dich und hol von dem Wasser des Lebens bevor es zwouelf schlaegt, sonst schlaegt das Thor wieder zu und du bist eingesperrt. Ille autem postquam in domum incantatam intravit, lassi-

tum descensus ad inferos plus semel inserti sunt (Grimm. vol. I, ed. II, p. XXXV et XXXIX).

Valde opinor dolendum est quod ex tot antiquitatis scriptoribus, quorum opera ad nos pervenerunt, unus Apulejus (si Petronium excipias) fabulas illas populares dignas habuit quae ab hominibus doctioribus legerentur. Nam eas quoque fabulas quae primis duobus Metamorphoseon libris insertae sunt, ex eodem fonte haustas esse apparet, velut id quod de sagis narratur, eas corda e pectoribus hominum vivorum extrahere, pro quibus spongas vel simile quid infarciant, quum Germanorum tum Serborum fabulis celebratum est (Grimm, deutsche Mythologie, p. 1034 sq.). Quod Panthia Apulejana addit: Heus tu spongia cave in mari nata per fluvium transeas, verbo tenus ex fabula populari sumtum esse arbitrator. Nec minus quam scriptores et poetae, artifices has fabulas contempserunt, quos neque ex hac fabula de Cupidine et Psyche (cf. Jahn. l. l. p. 157) neque ex alia vulgo narrata argumenta operum suorum sumpsisse notum est. Nec tamen haec argumenta caelo vel penicillo repugnant; qua de re dubitare non sinunt picturae divini Rafaelli quae domum Farnesiorum Transtiberinam Romae condecorant et anaglypha Thorvaldseni quae Havniae in ejus museo visuntur.

Aliam fabulam ad hoc genus pertinentem, quae nostratibus quoque nota est (87 der arme und der reiche) in altera appendice ad Phaedri fabulas servatam esse (Nr. 111) observarunt Grimmii Vol. III, p. 151. Quod autem Tertullianus adv. Valentin. ed. Par. 1566. 1, 644 in fabulis puerilibus Lamiae turres memorari dicit, Grimmii de fabula duodecima cogitarunt (Rapunzel); equidem de anu illa infantium carnibus vescente cogitare malim, omnibus pueris nota, quae apud nostrates quidem in domo placentis tecta habitat, apud veteres autem in arce turribus munita habitasse potest. Pectines Solis item a Tertulliano memoratos ex alia fabula ignota petitos esse arbitrator. Ceterum eos quoque qui novissime in mythologiae vetere explicanda operam posuerunt hoc genus fabularum advertit, imprimis Welckerum (Griech. Goetterlehre) et Prellerum (Roem. Mythol. p. 605).

tudini indulget, ut in lectulo qui ibi mollissime stratus est, paullulum requiescat. Als er erwachte schlug es drei viertel auf zwoelf. Da sprang er ganz erschrocken auf, lief zu dem Brunnen und schoepfte daraus mit einem Becher, der daneben stand und eilte, dass er fortkam. Wie er eben zum eisernen Thor hinaus ging, da schlugs zwoelf und das Thor schlug so heftig zu, dass es ihm noch ein Stueck von der Ferse mitnahm.

Sed redeo unde digressus sum. Apulejus igitur hanc fabulam cum allegoria supra memorata ita contaminavit, ut regis filiae Psychae partes tribueret, ejusque amanti Cupidinis. Nonnullas fabulae partes resecurit, alias mutavit; sed nil fere addidisse videtur nisi ea quae ad deos pertinent. Quae ille ornamenta quasi pannos purpureos narrationi suae adsuit, ne ea hominibus elegantioribus nimis puerilis videretur. In his additamentis pono Venerem iratam, oraculum Apollinis Didymaei, Panem et Echo, Cererem et Junonem, Mercurium, famulas Veneris, Jovem, cetera e choragio mythologico petita; quibus omnibus ejectis ipsa fabula integra manet. Haec quae Apulejo debentur emblemata vermiculata et λέξις lepidè compositae non minus mihi vividam ac simplicem veteris fabulae narrationem deturpare videntur, quam Juvenali apud fontem Egeriae ingenuum violare marmora tofum visa sunt. Comparantur v. c. quae leguntur Metam. V. 28 sqq. cum eis quae narrantur inde a VI, 10; illa Apulejus de suc. addidit, hic rursus in veterem fabulum intramus.

Quod si hujus fabulae formam genuinam refingere conamur, primum causa quaerenda est, cur regis filia ornata mundo funerei thalami, in montis cacumine a parentibus statui debuerit, unde aura Zephyri in vallem subditam deveheretur; nam oraculum Apollinis ut dixi a fabula genuina alienum esse censeo. Eam causam varie fingi posse apparet e fabulis nostratium (v. c. Grimm. 60*) et 88 cf. locum ex praef. p. LXV supra allatum): fortasse pater a monstro coactus fuit ut filiam sibi sponderet. Hoc autem non verum monstrum fuit, sed homo (regis opinor filius) malefica incantatione in formam monstri mutatus. Quod si sumimus, facile apparet, cur uxorem suam noctu tantum convenire possit, nam nil magis solitum est in his fabulis quam ut homines transformati certis horis in speciem humanam redeant. Hic igitur noctu bellus adulescens fuit, interdium monstrum.

* Grimm. vol. I, p. 316: Der juengste aber kam mit seinen Thieren in eine Stadt, die war ganz mit schwarzem Flor ueberzogen. — Und — der Jaeger — fragte den Wirth, warum die Stadt so mit Trauerflor ausgehaengt waere? Sprach der Wirth, weil morgen unsers Koenigs einzige Tochter sterben wird. — Draussen vor der Stadt ist ein hoher Berg; darauf wohnt ein Drache, der muss alle Jahr eine reine Jungfrau haben, sonst verwuestet er das ganze Land: Nun sind schon alle Jungfrauen hingegeben und ist niemand mehr uebrig als die Koenigstochter. Apulejus fortasse hic quoque diversa miscuit, ut describendae pompae funebri occasionem ne amitteret.

Fortasse etiam lucem anguine pejus vitare debuit, sicut is ejus primae partes sunt in fabula octagesima octava Grimmiana (cf. quod de his lucifugis dixerunt Grimmii vol. I, ed. II, p. XXXIII). Quid quod apud ipsum Apulejum formae illius vestigium deprehendisse mihi videor, qua infelix regiae puellae maritus arte magica indutus fuerit? Fortasse enim non temere Apulejus Psychen a sororibus hoc mendacio decipi fecit: pro vero namque comperimus — immanem colubrum multinodis voluminibus serpentem, veneno noxia colla sanguinantem hiantemque ingluvie profunda tecum noctibus latenter adquiescere. nunc recordare sortis Pythicae quae te trucis bestiae nuptiis destinata esse clamavit. Et multi coloni quique circumsecus venantur et accolae plurimi viderunt eum vespera redeuntam e pastu proximique fluminis vadis innatantem. Nimirum quod hae mentiuntur, in fabula intemerata verum fuisse potest. Hic igitur constantia uxoris suae malo transformationis liberatus est, quae fortasse in ejus servitium se tradidit qui arte magica metamorphosin effecerat (sive is daemon fuit sive magus sive saga — in hujus enim personae locum Apulejus Venerem substituit) ut tribus illis laboribus peractis humanam formam marito redderet. Qua re feliciter gesta, fabula ad exitum optatum perducta est. Ceterum moneo (ne quis me pennis alienis me ornare putet) hanc rem jam abhinc nonnullos annos in libello hominibus elegantioribus destinato a me significatam esse.



Quaestiones literariae

civibus academicis

in hunc annum ad concertandum propositae.

Facultatis theologorum.

Disseratur de Johannis Cassiani vita studio monastico et docendi genere, adjecta simul accurata certaminum dogmaticorum expositione, quae inter Cassianum et Augustini discipulos de gratia et libero arbitrio extiterint.

Facultatis Jurisconsultorum.

1. Interpretatio fr. 29 Dig. fam. ercisc.
2. Interpretatio instrum. pac. Osnabrug. art. 5, §. 30 et 48.

Facultatis medicorum.

Experimenta et disquisitiones anatomicae de formatione artificiosa texturae osseae ossiumque, transplantatione periostei et segmentorum osseorum efficienda.

Facultatis philosophorum.

1. Inquiratur in naturam geometricam mechanicam et analyticam curvarum in superficie secundi gradus data sitarum, in quibus mobile ita progreditur, ut integrale

$$\int_a^t (v^2 + kr^2) dt$$

maximo vel minimo valore gaudeat, ubi t tempus v velocitatem r radium vectorem a centro superficiei ad mobile ductum et k valorem datum constantem significant. Inde pro $k=0$, proprietates lineae brevissimae in superficie deriventur.

2. Poeticis figmentis antiquissimam Romanorum historiam ornatam esse nemo negat. Num vero ex carne quodam heroico popularis generis ea deflexerint, id quod Niebuhrus sibi persuaserat, viri doctissimi nunc haud temere dubitant. Ino fieri potuit, ut nonnulla quae a populari illo carmine Niebuhrus ducta voluit, ab Ennio poeta posteriores scriptores mutuarentur. Explicetur igitur, quid de antiquissimis rebus usque ad reges exactos Ennius primis annalium libris praedica-verit, quidque de his rebus auctores quorum narratio exstat, ei debuisse videantur. Quae ad exploranda expediet Livii verba cum Fastis Ovidii accuratius conferre.

3. Quaeratur de nominibus personarum quum veris tum fictis et significantibus apud poetas satiricos Romanos, imprimis de eis quae poetae posteriores a prioribus mutuati esse dicuntur.



THE HISTORY OF THE

... of the ...

...

...

...

...

...





UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA



3 0112 002200142